PHILIPPVS DEI GRATIA REX &

DON GASPAR De Bracamonte, et Gusman, Comes de Peñaranda Dnus de Aldea Seca dela frontera, Eques Ordinis Calatrave, et Comendatarius de Daymel, Unus ex Regij Cubiculi Clavicularijs Sue Mtis, eiusq. Con. Status, et Belli Indiarum Preses, et in pnti Regno Vicerex, Locumt., et Capeus Genlis; Magco Viro Claudio Albernino Regio Generali Comrio Assecurationum, vel eius nomine Regio fideli dilecto, gratiam Regiam, et bonam Voluntatem, sicut novis heredibus, que feudalibus litteras de assecurandis ipsis à Vaxallis eorum, et quod eis respondeatur de consuetis, et debitis Regie Mtis nomine concedere consuevimus eodem modo novis utilibus dominis, et Baronibus de ipsarum litterarum suffragio providemus; exposito itaque Nobis pro parte D. Nicolai de Angelo fidelis dilecti quemadmodum vigore suorum Privilegiorum, et Cauthelarum tenuit, et possedit, ac tenet, et possidet in Provincia Hydruntina Terram Turris Sancte Susanne, cum eius feudis, subfeudis, et Casalibus inhabitatis nuncupatis Sancto Blasio, seu Subino, Surboli, Allegracore, et Galesano, et Terram Herchie cum Vaxallis, Vaxallorumq. redditibus, Jurisdictionibus, mero, mixtoq. Imperio gladij potestate, quatuor litteris arbitrarijs, ac omnibus alijs introytibus, Juribus, Jurisdictionibus, et alijs omnibus ad dictas Terras Sancte Susanne, et Herchie quomodocumq. spectantibus, et pertinentibus, et quia cupit assecurari à hominibus, et Vaxallis dictarum Terrarum Sancte Susanne, et Herchie fuit propterea pro ipsius D. Nicolai parte Nobis supptum, quatenus supptem ipsum, vel eius legitimum procuratorem à Vaxallis dictarum Terrarum Sancte Susanne, et Herchie ut moris est assecurari facere dignaremur, iuxta ipsius Regni usum, et Consuetudinem; Nos autem supplicationibus pntis benignè inclinati, tenore pntium de nra certa scientia deliberatè, et consulto vobis dicimus, Commi., et mandamus expressè quatenus receptis pntibus ad omnem instantiam dicti D. Nicolai, vel eius legitimi procuratoris ad dictas Terras Sancte Susanne, et Herchie vos personaliter conferentes, ac recepto prius ab eodem supptes, vel dicto eius legitimo procuratore ligio, et homagio, et fidelitatis debito Juramento pro prefata Mte, eiusq. heredibus, et successoribus in hoc Regno pro ipso supptes, vel eius legitimum procuratorem à Vaxallis pntis assecurari, vel assecurationis debite Juramentum prestare faciatis iuxta ipsius Regni usum, et Consuetudinem, ac responderi de consuetis, et debitis faciatis, facturus fieri de executione pntium tria consimilia publica instrumenta, quorum unum penes Vos, alterum parti tradituri, tertium ad Regiam Cameram Summarie destinare curabitis, Mandamus propterea omnibus, et quibuscumq. Officialibus tam Regijs, quam Baronum, et signanter Capto, Sindicis, Electis, Universitatibus, et hominibus dictarum Terrarum Sancte Susanne, et Herchie, et personis omnibus quibuscumq. ad quos, seu ad quem pntes pervenerint seu fuerint quomodolibet pntate, quatenus Vobis obediant, prestentq., et prestari faciant omne auxilium, Consilium, et favorem, prout fuerint à Vobis requisiti, fidelitate tamen Regia feudali quoque servitio, et adhoa, Regijsq. alijs, et alterius cuiuslibet Juribus semper salvis, et reservatis, et contrarium non faciant pro quanto gratiam prefate Mtis caram habent, ac penam ducatorum mille cupiunt evitare; In quorum fidem has pntes fieri iussimus magno prefate Mtis sigillo impendenti munitas. Datum Neap. in Regio Palatio Die 28. mensis Maij millesimo sexcentesimo sexagesimo &

El Conde de Peñaranda

Ant.s Vlex Locumtenens ... m. ml.
Donato Cosplas

L. Joseph Sebastianus
Regius Scriba à m.

& Vt. Zufia

fol. ... duodecim
Impressum ... privilegiorum 9o fol. 52. a t.

28

2 ... R1

Assecuratio Vaxallorum Terrarum Turris Sancte Susanne, et Merchie In Provincia Hydruntina ad Instantiam D. Nicolai de Angelis; In forma R. Cancell.

Assecuratio Vaxallorum
Terrarum Turris Sancte Susanne et
Merchie =